

SEPTEN VIRTUTUM B. M. V.

Duplex majus.

IN I. VESPER.

Capit. de Laud. Cætera de Comuni.

HYMNUS 125.

O MARIA! Summi
Sacra Regis aula,
Structilis virtutum
In columnas septem.
Hæc fide es donata,
Quæ magis quàm montes,
A Patre ad te dium
Transulisti Verbum.
Spe tuâ antiquorum
Præ patrum potente
Expelitur nacta
Messiam fuisi.

Charitate pollens
Hæc fuisi, ut vitâ
Cesseris pro indignis
Chariorem Natum.

Laus Patri atque Nato
Flaminiq; Sancto,
Trino et Uni perpes
Numini pendatur. Amen.

Ad Magnif. ant. Sapientia ædificavit sibi Virginem in domum solidam; ideo septem virtutum columnas excidit in eâ. *Orat. de Laudib.*

AD MATUTIN.

HYMNUS 126.

Virgo verè Prudens
Lampade intellectus
Teque Apostolosque,
Quin Deum rexisti.
Es haud finitum
Filium obtulisti
Justa pro vindendo
Debito infinito.

Sit laus summa Patri,
Summo Christo deus,
Spiritu Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

IN I. NOCT.

Lectio. 1. Noct. de Comuni.

¶ 1. Hæc est mulier fidelis, * Per ejus fidem salvatus est Adam vir infidelis, et tota posteritas. ¶ Fides MARLE cælum aperuit, cum angelo nuntianti consensit.—Per.

¶ 2. Speravit in Domino semper MARIA, * Ideo desiderium cordis ejus tribuit illi Deus, et voluntatem ejus fecit. ¶ Mihi autem adhaerere Deo bonum est, et ponere in Domino spem meam.—Ideo.

¶ 3. MARIAM, velut ignis ferum, Spiritus Sanctus totam ignivit: * Ita ut in eâ Spiritus Sancti flamma tantum videatur, nec sentitur, nisi tantum ignis amoris Dei. ¶ Lampades ejus, lampades ignis, atque flammarum.—Ita.—Gloria.—Ita.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Serm. 9. inter parvos Sermon.

LECTIO 4.

Sapientia, quæ Dei erat, et Deus erat, de sinu Patris ad nos veniens, ædificavit sibi domum, ipsam scilicet, Matrem suam, Virginem MARIAM, in quâ septem columnas excidit. Quid est in eâ septem columnas excidere, nisi ipsam dignum sibi habitaculum fide, et operibus preparare? Nimirum ternarius numerus ad fidem propter Sanctam Trinitatem, quaternarius pertinet ad mores propter quatuor principales virtutes. Tu.

¶ Posside sapientiam, quia auro melior est: * Et acquire prudentiam, quia pretiosior est argento. ¶ Meum est consilium, et equitas; mea est prudentia, mea est fortitudo.—Et.

LECTIO 5.

Quod autem in Beatâ MARIA Sanctâ Trinitas fuerit (fuerit, dico, per

presentiam majestatis), ubi solus Filius erat per susceptionem humanitatis, testatur nuntius celestis: qui ei arcana mysteria reserans ait, Ave gratiâ plena, Dominus tecum. Et post pauca: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: Ecce habes Dominum, habes virtutem Altissimi, habes Spiritum Sanctum; habes Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum. Manifestum est fuisse in Corde Virginis fidem Santissimâ Trinitatis. Tu.

¶ Ego in viis justitiæ ambulo, in medio semitarum judicii: * Ut ditem diligentes me, et testes aurorum repleam. ¶ Ego autem in justitiâ apparebo coram te, Domine.—Ut.

LECTIO 6.

Utrum autem, et quatuor principales virtutes, tanquam quatuor columnas possederit, inquisitione dignum videtur. Primò ergò videamus, an fortitudinem habuerit. Quæ nimirum virtus, quomodo illi abesse potuit, quæ abjectis secularibus pompis, spretisque voluptatibus carnis, soli Deo in virginitate vivere proposuit? Porro quod temperans, prudens et justa fuerit, ex angeli colloctione, et suâ ipsius responsione luce clarius comprobamus. Tu.

¶ Mulierem fortem, quis inveniet? procul et de ultimis finibus pretium ejus: * Confidit in eâ cor Filii sui, et spoliis non indigebit. ¶ Fortitudo et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo.—Confidit.—Gloria.—Confidit.
Homilia de Comm. pro Dup. maj.

¶ 7. Quid ergò exequar ciborum parcimoniam? * Cibus ejus plerumque obviis, qui mortem arceret, non delicias ministraret. ¶

Bonum est gratiâ stabilire cor, non escis.—Cibus.

Bened. Cujus virtutes colimus.

¶ 8. Ut sibi dignam summus Artifex in corde Virginis extrueret domum, * Septem præcipuas virtutes in eâ plantavit, quæ aliarum sunt fons et principium. ¶ Sapientia ædificavit sibi domum; excidit columnas septem.—Septem.—Gloria.—Septem.

AD LAUD. PRIM. ET VESP.

CAPITULUM. Prot. 9. 1.

Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem, immolavit vicimas suas, miscuit vinum, et proposuit mensam.

Ad Laud. HYMNUS 127. Salla.

Martyrum Regina
Fili pendentis
A cruce ad tormenta
Astilisti Fortis.

Blandientis sensus
A cupiditate
Temperata, Excelsam
Virgo concepisti.

Quas tuas virtutes
Ora, ut æmulantes,
Criminum vicioles
Consequamur palmas.

Laus Patri atque Nato,
Flaminiq; Sancto,
Trino et Uni perpes
Numini pendatur. Amen.

Ad Benedict. ant. Beata Virgo MARIA fuit perfecta in fide, firma in spe, constans in charitate, prudens in interrogatione, justa in confessione, fortis in proposito, temperans in silentio.

Oratio.

Deus, qui in Beatissimâ Virgine septem virtutum columnis Domum unigenito Filio tuo preparasti: concede propitius, ut in cordibus nostris iisdem septem virtutibus talem struamus Domum, ut in eâ Spi-

ritus Sanctus jugiter habitare dignetur. Per eundem Dominum... in unitate ejusdem.

Ad Magnific. ant. Hæc est domus et habitaculum omnium virtutum, quod sibi Sapientia coelestis edificavit, excidens columnas septem.

Die XIX. NOVEMB.

VOTUM PERPET. VIRGINIT. B. V.

MARIE.

Duplex.

Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, qui Beatissimæ MARIE, ut dignam Filii tui Matrem eam præparares, Virginitatis perpetuæ votum inspirasti: concede propitius, ut qui puritatem ejus devotè recolimus, castis mentibus tibi deservire valeamus. Per eundem Dominum.

Lectio. 1. Noct. de Ferid.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Homilia 3. super Missus.

LECTIO 2.

Dura necessitas, et grave jugum super omnes filias Evæ. Et si pariant, cruciantur: et si non pariant, maledicuntur. Et dolor prohibet parere, et non parere maledictio. Quid facies, Virgo, quæ hæc audis, quæ hæc legis? Si parturis, angustiaris: si sterilis manes, malediceris. Quid eliges, Virgo prudens? Angustia, inquit, mihi sunt undiquè: Melius est tamen mihi maledictum incurrere, et castam manere, quam prius quidem concipere per concupiscentiam, quod merito post eum dolore parturiam. Hinc etenim, et si video maledictum, sed non peccatum; illine verò et peccatum simul et cruciatum. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

Deniquè hæc maledictio, quid aliud est, quam hominum exprobatio? Neque ob aliud sanè dicitur sterilis maledicta, nisi quòd opprobrio et contemptui sit habenda tanquam inutilis, et infructuosa, et in hoc in Israel tantum. Mihi autem pro minimo est, quòd hominibus displiceo, dum me possum Virginem castam exhibere Christo. O Virgo prudens! O Virgo devota! quis te docuit Deo placere Virginitatem? Quæ lex, quæ justitia, quæ pagina veteris testamenti, vel præcipit, vel consulit, vel hortatur in carne non carnaliter vivere, et in terris angelicam ducere vitam? Ubi loqueras de Virginitate, quia cantant canticum novum, quod nemo alius cantare potest, et sequuntur Agnum, quocumquè ierit. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

De Virginitate, inquit, præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Tu verò non dicam præceptum, sed nec consilium, nec præceptum: nisi quòd unctio docebat te de omnibus, ac sermo Dei vivus et efficax ante tibi factus est magister, quam filius: prius instruxerit mentem, quam induerit carnem. Christo ergò devotes te exhibere virginem, et nescis, quòd ipsi exhiberi te oporteat etiã matrem? Eligis in Israel esse contemptibilis, et ut illi placeas, cui te probasti, maledictum incurrere sterilitatis: et ecce maledictio benedictione commulatur, sterilitas fecunditate recompensatur. Aperi Virgo sinum, expande gremium, prepara uterum: quia ecce facturus est tibi magna qui potens est: in tantum, ut pro maledictione Israel, beatam te dicant omnes generationes. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 26.

In illo tempore; Missus est Angelus Gabriel à Deo, in civitatem Galilæe, cui nomen Nazareth ad Virginem desponsatam viro. Et reliqua.

Homilia B. Arnoldi Abbatis.

De laudibus B. M. V.

Inventa est Virgo ab Angelo in Nazareth solitaria, seorsum à turbis, vacans proculdubio meditationibus sanctis: credo secum pertractans, quomodò sine offensione legis maneret in proposito castitatis: quia hanc elegerat, hanc deoverat, et integritatem carnis et spiritus apud se Domino consecraverat. Tu. ꝑ.

Benedictio. Cujus virginitatem colimus.

LECTIO 8.

Stabat in adverso lex, urgebat ad conjugium Moyses, qui maledictum intentans sterilibus, semen et sobolem à filiis Israel exiebat. Nullum de virginitate à Domino datum erat præceptum, sed nec erat apostolus qui daret consilium. Acceperat tamen hoc ipsum à Deo per Spiritum Sanctum familiare mandatum, non ex responso angelico, sed ex inspiratione sacrali, qui ei et affectum Virginitatis inlimaverat, et usque ad necessitatem voti purum desiderium alligaverat. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Quis tamen rei exitus futurus esset, nondum erat inlimum divinitus; sed hujusmodi accessionibus gradatim sibi officinam purgatissimam oplabat Spiritus Sanctus. Ob hoc eam astimo eligisse solitudinem segregatam, ut diebus et noctibus in hujus controversiæ angustiis congruis se rationibus muniret:

quibus et stare sibi posset oplata virginitas, nec tamen quasi in contemptum sui legis indignaretur autoritas. Tu Te Matrem.

Cum secund. Vesper.

Die XX. NOVEMB.

VIGILIA

PRESENTATION. B. M. V.

Simplex.

Omnia ut in feriali officio.

Lect. S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 1. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quaedam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portavit. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Libr. de Sancta Virginitate.

Beatior MARIA percipiendi fidei Christi, quam concipiendi carnem Christi. Nam et dicenti eundem: beatus venter, qui te portavit, ipse respondit: immò beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt. Deniquè fratribus ejus, id est, secundum carnem cognatis, qui non in eum crediderunt, quid proficit illa cognatio? Sic et materna propinquitas, nihil MARIE profuisset, nisi felicis Christum corde, quàm carne gestasset. Tu. ꝑ. de ferid.

LECTIO 2.

Ipsa quoque virginitas ejus gratior, et acceptior, quia non eam conceptus Christus viro violatorum, quam conservaret ipse præcipit, sed priusquam conciperetur, jam Deo dicentem elegit, de qua nasceretur. Hoc dicant verba, quæ sibi fortalim annuntiam Angelo MARIA reddidit. Quomodò, inquit, fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quòd profectò non diceret, nisi Deo Virginem se ante vovisset. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

Poterat et juberi Virgo permanere,

in quâ Dei Filius formam servuli congruenter miraculo acciperet: sed exemplo sanctis futura virginibus, ne pularetur sola Virgo esse debuisse, quæ prolem etiã sine concubitu concipere meruisset, Virginitatem Deo dicavit, cum adhuc, quid esset conceptura, nesciret, ut in tereno, moralique corpore celestis vitæ initiatio volo fieret, non præcepto; amore eligendi, non necessitate serviendi. Tu. ꝑ.

Ad Laudes preces.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui Præsentationem Beatissimæ Virginis MARIE prævenimus, purificatis mentibus, iuendos nos facias tantæ interesse solemnitati. Per Dominum nostrum.

Vesperæ de sequenti.

DIE XXI. NOVEMB.

PRÆSENTATIO B. M. V.

Duplex primæ Class. cum Octav.

IN I. VESPER.

Ant. 1. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo, et requiescam! *Psalmi de Solemnitatib.*

2. Ecce elongavi fugiens, ut maneam in solitudine.

3. Ducam eam in solitudinem et loquar ad eor ejus.

4. Dilectus meus mihi, et ego illi, qui passitur inter lilia.

5. Ne suscitatis, filia Jerusalem, dilectam, donec ipsa velit.

CAPITULEM. *Osec. c. 2. 14.*

Ecce ego lactabo eam, et ducam eam in solitudinem, et loquar ad eor ejus.

ꝑ. Audi, Filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum Patris tui: * Quia concupivit Rex speciem tuam.

ꝑ. Veni, electa mea, Sponsa mea, immaculata mea. — Quia. — Gloria.

— Audi, Filia. *Hoc ꝑ. non dicitur infr. octav.*

HYMNUS 128. Brev. Galic.
Quam pulchrè graditur, Filia principis,

Templi cum properat tangere limina!

Præludivit meliori,
Quam mox offerret hostiam.

E matris gremio Numinis in sinum
Infans non dubiis passibus advolat,
Virgo Numinis ara,

Aris victima sistitur.
Sponso membra Deo mollia devovet;

Cordis Virginei dedicat intima
Verbo debita Mater,

Verbo viscera consecrat.
Te cum cuncta Deo prodiga dum voves,

Numen, Virgo, tui pectoris incola
Quanto fenore pensat,
Terræque bona despiciat!

Sit suprema tibi gloria, Trinitas;
Quo Virgo teneram se vovet hostiam,

Puri Flamen amoris,
Fac nos jam tibi vivere. Amen.

ꝑ. Afferentur regi Virgines post eam.

ꝑ. Proximæ ejus afferentur tibi.

Ad Magnif. ant. Abi ergò, Domina, in atria Domini, exultans, et expectans Sancti Spiritus adventum, et unigeniti filii conceptionem.

Oratio de Laudib.
Complet. de Domin. cum sequenti Doxolog. quæ dicitur per octav.

Sit laus Patri, laus Filio,
Sit par tibi laus, Spiritus,
Puram templo, qui Virginem
In Sponsam hodiè suscipis. Am.

AD MATUTIN.

Invitator. Venite, exallemus Deum nostrum * In Præsentatione præexcelsæ Virginis MARIE.

HYMNUS 129. Brev. Vien.

O sancte sanctorum Deus!
Quam pura sese devovet,
Ignota prisco federi
Tuas ad aras hostia.

Allata Sancto Spiritu
MARIA Virgo, coëlis
Amore vitæ, perpet
Se castitati devovet.

Proles æternæ Patri
Futura mater cœlitum
Parare Regi, nesciens
Parare Regi, pectoris.

Festinat aula pectoris.
Exosa pompas sæculi
Latere, nesciri studet:

Solo placere cui cupit
Deo frui beator.

Heu quanta post hanc virginum
Surrexit in terris seges!
Laus quanta despecta prius
Adjuncta continental!

Sit laus Patri, laus Filio,
Sit par tibi laus, Spiritus,
Puram templo, qui Virginem
In Sponsam hodiè suscipis. Am.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Abscondit me * Dominus in abscondito tabernaculi sui. *Psal. de Dominica.*

2. Melior est, * Domine, dies una in atriis tuis super millia.

3. Hæc requies mea: * hic habitabo quoniam elegi eam.

ꝑ. Multæ filia congregaverunt divitias.

ꝑ. Tu supergressa es universas.
De libro primo Regum.

LECTIO 1. c. 1. v. 24.
Adduxit Anna filium suum secum, postquam ablactaverat, in vitulis tribus, et in tribus modis farinae, et amphorâ vini, et adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer erat adhuc infantulus. Et immolaverunt vitulum, et obtulerunt puerum Heli. Tu.

ꝑ. En dilectus meus loquitur mi-

hi: * Surge, propera amica mea, formosa mea, et veni. ꝑ. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumem vitæ. — Surge.

LECTIO 2.

Et ait Anna: obsecro, mi Domine, vivit anima tua, Domine: ego sum illa mulier, quæ steti coram te, hic orans Dominum. Pro puero isto oravi, et dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulavi eum. Ideo, et ego commodavi eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino. Tu.

ꝑ. In voce laudis immolabo: * Quaecumque voti, reddam Domino. ꝑ. Immola Domino sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. — Quaecumque.

LECTIO 3.

Et adoraverunt ibi Dominum. Et oravit Anna, et ait: Exultavit cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo meo: dilatatum est os meum super inimicos meos: quia lactata sum in salutaris tuo. Non est sanctus, ut est Dominus: neque enim est alius extra te, et non est fortis, sicut Deus noster. ... Puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis. Tu.

ꝑ. Venit in spiritu in templum: * Et non discedebat de templo, jejuniis et observationibus, serviens nocte et die. ꝑ. Quasi sol refulgens, sic candida Virgo effulsit in templo Dei. — Et non. — Gloria. — Venit. In diebus infra oct. Et non.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Pater meus * et mater mea derelinquerunt me in templo: Dominus autem assumpsit me.

2. Magno corde * et animo volenti, adhuc puella me totam obtulisti Domino.

3. Dens meus, * volui legem tuam in medio cordis mei.

ŷ. Memor sit Dominus sacrificii tui.

ŷ. Et holocaustum tuum pingue fiat.

Sermo S. Hieronymi Presbyteri. *Serm. de Nativ. B. V. Inter ejus opera.*

LECTIO 4.

Concepit Anna, et peperit filiam, et juxta mandat angelicum parentes vocabant nomen ejus MARIAM. Cumque trium annorum circulus volveretur, et ablatationis tempus completum esset, ad templum Domini Virginem cum oblationibus adduxerunt. Erant autem circa templum quindecim gradus ascensionis; nam quia templum erat in monte constitutum, altare holocausti cum forinsecus erat, adiri nisi gradibus non valebat. Tu.

ŷ. Ad templum adducitur Virgo, ac deinde in domo Dei plantata. * Atque per Spiritum saginata, instar olivæ fructifera virtutum omnium domicilium efficitur. ŷ. Virgo erat hortus deliciarum, in quo consilia sunt universa florum germina, et odoramenta virtutum.—Atque.

LECTIO 5.

In horum graduum itaque uno beatam Virginem MARIAM parvulam parentes constituerunt. Cumque ipsi vestimenta, quae in itinere habuerant, exuerunt, et cultioribus ex more vestibus se induerent, Virgo Domini cunctos sigillatim gradus, sine ducentis et levantis manu ita ascendit, ut perfectæ ætati in hæc dumtaxat causa nihil deesse putares. Tu.

ŷ. Aperite portas, Sacerdotes templi, * Et spirituales exoptes portam Dei Emmanuel, quæ clausa est et non aperietur, nec vir

trabitur per eam. ŷ. Aperite mihi portas justitiæ, et ingressa in eas confitebor Domino.—Et spiritualem.

LECTIO 6.

Jam quippè Dominus in Virginis suæ infantia magnum quid operabatur, et quanta futura esset, hujus miraculi indicio præmonstrabat. Igitur sacrificio secundum consuetudinem legis celebrato, et voto suo perfecto; Virginem intra septa templi cum aliis virginibus educandam dimisserunt. Ipsi verò domi reversi sunt. Tu.

ŷ. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominum; * Quia cum essem parvula placui Altissimo. ŷ. Benedicta tu filia à Domino super omnia tabernacula Jacob, quia sola sine exemplo placuisti Deo.—Quia.—Gloria.—Congratulamini. In diebus infra Octav. Quia.

IN III. NOCT.

ant. 1. In claustro * templi Gabriel te alii, ô Virgo, qui postmodum tibi illud ave afferret.

2. Meus cibus * est facere voluntatem Patris mei.

3. Me duxit * in solitudinem, et lactavit me loquens ad cor meum.

ŷ. Ego Dilecto meo. ŷ. Et ad me conversio ejus.

Lectio S. Evangelii secundum Mattheum.

LECTIO 7. c. 4. 11.

In illo tempore: Cum esset JESUS in deserto, ecce angeli accesserunt, et ministrabant ei. Et reliqua.

Homilia S. Germani Arch. Constantinopolitani.

Orat. 2. in Præsentat. B. V. Gaudet Zacharias dignatus honore suscipiendi Dei Matrem. Lætalur Joachim impleta firmans oracula per oblationis officium. Nimia vo-

luptate gestit Anna ob sacræ prolis dedicationem. Prisci progenitores exultant condemnationis iram effugientes. Oblectantur propheta, cumque illis omnis florida ætas precando læta exultat. Inducitur ergò in hunc modum sacratissima Puella, statque ad cornua inter parentes fausta ibi deprecaturus, et sacerdotem benedictionem firmiturum. Tu.

ŷ. Quòd relinqueris parentes tuos, * Plenam mercedem recipias à Domino sub ejus confugisti alas. ŷ. Fecisti * virilitér Puella sacrata, et confortatum est cor tuum.—Plenam.

Benedict. Cujus Præsentationem. Dicitur per Oct.

LECTIO 8.

Zacharias igitur, accepta Puella, ita eam alloquitur. Accede, ad me, Puella cælis sublimior; accede, quæ Infans concipieris, et officina Dei intelligeris. Accede et sanctuarii limina tu potius sanctifica. Neque enim tu, ut populi sermone dicitur, purgata sanctificaris, sed magis sanctificas. Veni propè altare adoratura, de quâ dictum est per multa symbola, quòd futura sis mensa rationabilissima, et impolluta. En tibi, tanquam regina universorum, meritò dignitorem concedo sedem. Tu.

ŷ. Obviavit illi, quasi mater honorificata. * Et cibabit illam Dominus pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potavit illam. ŷ. Non enim de solo pane vivit homo, sed de omni verbo, quòd procedit de ore Dei.—Et cibavi.

LECTIO 9.

Et senex quidem hæc dixit plura etiàm encomia, quæ mente conceperat, habens: et parentes recesserunt. Puella verò consecrata Deo

remansit: cui alendæ angeli suo ministerio cum timore inserviebant, et ab incorpibus cibum corporeum sublimior corpore puella sumebat. Hunc finem habuit sacræ oblationis officium à Deo dispositum. Ita crescebat Infans et confortabatur, et contrarium nobis maledictum, quo fumus in ævum damnati, prostris deficiebat. Tu.

ŷ. Audi, Filia, et vide, et inclina aurem tuam; et obliviscere populum tuum, et domum patris tui, * Quia concepisti Rex speciem tuam. ŷ. Veni, electa mea, Sponsa mea, immaculata mea.—Quia.—Gloria.—Audi. In dieb. infra oct. Quia. Hoc Resp. in dieb. infra oct. dicitur loco 8. ŷ. quòd omittitur.

AD LAUDES.

Et per Horas Antiphona.

1. Eò quod * castilatem amaveris, eris benedicta in æternum.

2. Propter innocentiam * meam, Domine, suscepisti me in templo tuo.

3. Adhæsit * anima mea post te, me suscepit dextera tua.

4. Protegerat * in tabernaculo tuo, sub tegumento alarum tuarum.

5. In habitatione * sanctæ concoriam Domino ministravi.

CAPITULUM. Osee. 2. 14.

Ecce ego lætabor eam, et ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor ejus.

HYMNUS 130.

Addicta sacræ ædibus Virgo, volente sic Deo, Fit ipsa sanctis acibus Templum Deo gratissimum.

Intenta cælo jugiter, Terrena nulla cogitat: Illique sermo cum Deo Perenne mentis pabulum.

O quanta totis sensibus Sese refudit gratia!

Fragrante non est plenior
Acerra thure fumida.

Os, lingua, mens, cor et caro,
Vultus, manus, vox, spiritus
Se tota totam prædicat
Dignam parentem Numinis.
Sit laus Patri, laus Filio,
Sit par tibi laus, Spiritus,
Puram templo qui Virginem
In Sponsam hodie suscipis. Amen.

ÿ. Cor meum, et caro mea.
ÿ. Exultaverunt in Deum vi-
vumr

Ad Benedict. ant. Parentis iu-
lius, * cum essent ambo filii,
erudierunt filiam suam secundum
legem Moysis.

Oratio.

Deus qui Beatam MARIAM sem-
per Virginem, Spiritus Sancti ha-
bitaculum, hodiernâ die in tem-
plo presentari voluisti: præsta,
quæsumus, ut ejus intercessione in
templo gloriæ tuæ presentari me-
reamur. Per Dominum.

AD PRIMAM.

Ant. Eo quod. capit. Ecce ego.
de Laudibus.

ÿ. ð. br. Quæ hodiè in templo
presentata fuisti.

CANON.

Ex Sixto Papâ Quinto.

Const. 10. Inlemerate Matris
an. 1585.—T. IV. p. 4. p. 142.

426. Aliis celebritatibus per-
pertuæ Virgini.... à Catholica Ec-
clesiâ consecratis, ejusdem quoque,
quæ Dei templum fuerat, et Sacra-
rium Spiritus Sancti, in templum
Præsentationem ab antiquissimis
usque temporibus summâ ubique
gentium cum veneratione observa-
tam, adscribi volumus, et sicubi in-
termissa est, restitui ac jugiter
custodiri. Tu.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. Osee. 2. 19.

Sponsabo te mihi in sempiternum:
et sponsabo te mihi in justitiâ,
et iudicio, et in misericordiâ, et in mi-
serationibus.

ÿ. br. Manus Domini conforta-
vit te * Alleluia, alleluia.—Manus.
ÿ. Ideo eris benedicta in æternum.
—Alleluia.—Gloria.—Manus.

ÿ. Deus in medio ejus, alleluia.
ÿ. Non commovebitur, alleluia.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. Psalm. 44. 11.

Audi Filia, et vide et inclina aurem
tuam, et obliviscere populum tuum,
et donum patris tui.

ÿ. br. Ego autem sicut oliva fru-
ctifera, * Alleluia, allel.—Ego. ÿ.
In Domo Dei.—Allel.—Gloria.—
Ego.

ÿ. Sicut lignum, quod plantatum
est secus decursus aquarum, allel.
ÿ. Quod fructum suum dabit in
tempore suo, alleluia.

AD NONAM.

CAPITULUM. Psalm. 44. 14.

Omnis gloria ejus filiæ regis ab
intus, in simbris aureis circum-
amicta varietatibus.

ÿ. br. Unam petii à Domino,
hanc requiram, * Alleluia, alleluia.
—Unam. ÿ. Ut inhabitem in do-
mo Domini.—Alleluia.—Gloria.—
Unam.

ÿ. Beati, qui habitant in domo
tuâ Domine, alleluia.
ÿ. In secula seculorum lauda-
bunt te, alleluia.

IN II. VESPER.

Ant. 1. Melior est * mihi dies
una in atris Domini super millia.
Psl. ut in 2. Vesp. Solemn.

2. Hæc requies mea, * hic ha-
bitabo, quoniam elegi eam.

3. Unum est * necessarium: op-
timam partem eligit sibi MARIA,

quæ non auferetur ab eâ.

4. Vulnerasti * cor meum, so-
ror mea Sponsa, in uno oculorum
tuorum.

5. Dilectus meus * mihi, et ego
illi, qui pascitur inter lilia.

CAPITULUM. Osee. 2. 14.

Ecce ego lactabo eam, et ducam
eam in solitudinem, et loquar ad
cor ejus.

ÿ. Audi, Filia, ut in 1. Vesper.
HYMNUS 131. Brev. Gallic.

Infans pulsa recens matris ab ubere
Abscondi tactis quærit in atris:
Templum Virgo futura
Templi crescit in ædibus.

In blandâ requie plena negotio,
Uni nota Deo vivere cogitat:
Hic pro lacte parentis
Sugit Numinis ubera.

Sic aurora novi nuntia luminis
Primo mane latet nubibus obsita:
Mox solem paritura
Plenum qui referat diem.

Sol in virgineo pectore præviis
Ardorem radiis suscitât infimum:
Hoc fecundâ calore
Virtus insita germinat.

Ut fert prima novis nuntia fron-
dibus

Arbos irrigui fontis in alveo:
Fructum Virgo datura
Sese floribus induit.

Sit suprema tibi gloria, Trinitas,
Quo Virgo teneram se vovet ho-
stiam,

Puri Flamen amoris,
Fac nos jam tibi vivere. Amen.

ÿ. Bonum est prestolari cum si-
lento.

ÿ. Salutare tuum, Domine.
Ad Magnificat. ant. Lava ejus *
sub capite meo, et dextera illius
amplexabitur me. Adjuro vos, filie
Jerusalem, ne suscitetis, neque evi-
gilare faciatis dilectam, donec ipsa
velit.

Oratio de Laudibus

In diebus infra Octav. etiam in
festis, Officium fit ut in die sine ÿ.
ad Vesp. cum Pslm. de fer. occur.

DIE XXII. NOVEMB.

SILENTIUM B. MARIE V.

Duplex.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens
Deus, ut qui Silentium Beatissimæ
Virginis MARIE celebramus, nun-
quam peccemus in verbo, sed in
omnibus tibi semper placeamus.
Per Dominum.

LECT. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

In signum. magnam.

LECTIO 4.

Pudibunda fuit MARIA : hoc ex
evangelio probamus. Ubi enim
aliquando loquax, ubi præsump-
tuosa fuisse videtur? Foris stabat
loqui quærens Filio, nec maternâ
auctoritate, aut sermonem interrup-
pit, aut in habitationem irruit, in
quâ Filius loquebatur. In omni de-
nique textu quatuor evangeliorum
(si bene meminimus) non nisi qua-
ter MARIA loquens auditur. Primò
quidem ad Angelum; secundò ad
Elizabeth; tertio ad Filium, cum
jam esset amorum duodecim: quartò
ad Filium, et ministros. Tu.
ÿ. Ad templum.

LECTIO 5.

Nunquid non ab initio invenisse
Pastores, et primam omnium MA-
RIAM invenisse leguntur? Sic et
Maqui quoque, si recolis, non sine
MARIA Matre ejus puerum invene-
runt, et inducens in templum Domini
templi Dominum, multa quidem à
Simeone audivit, tam de eo, quam
de seipsâ, ad loquendum tarda, ve-
lox ad audiendum. Et quidem MA-
RIA conservabat omnia verba hæc

conferens in corde suo. Sed in his omnibus, neque de ipso Incarnationis Sacramento quodcumque verbum fecisse reperias. Tu.

¶ Aperite.

LECTIO 6.

Væ nobis, qui spiritum habemus in naribus: væ qui totum proferimus spiritum, qui juxta illud comici, pleni rimarum effluimur undique. Totiens denique MARIA Filium auditit non modò turbis loquentem in parabolis, sed et discipulis seorsum regnum Dei mysteria revelantem; vidit miracula facientem, vidit deinde in cruce pendentem, vidit expirantem, vidit resurgentem, vidit et ascendentem; sed in his omnibus quotiens verecundissimæ Virginis, quotiens pudicissimæ Turturis vox memoratur audita? Tu. ¶ Congratulamini.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 29.

In illo tempore: Cum audisset MARIA Angelum turbata est in sermone ejus. Et reliqua.

Homilia B. Alberti Magni, Ep. De laudib. B. V. M. Libr. 4. c. 31. Notorium est, et vulgatum muliebrem sexum de multiloquio, et minori circumspectione redargui: nec mirum cum ad primas suggestiones noxias loquela penitus sit adimpleta serpenti, et aliquatenus inhibita mulieri. Hic poteris assignare de propter responsione Evæ sine discussione verborum serpentis, undè ortum est omne malum, et cogitatione MARLE, qualis esset angelica salutatio, undè ortum est omne bonum. Tu.

¶ Et erit opus justitiæ pax, et cultus justitiæ silentium. * Et securitas in sempiternum. ¶ Imita-

mini Virginem MARIAM, et in silentio, et in spe erit fortitudo vestra. Et securitas.

Benedict. Cujus silentium.

LECTIO 8.

Beatus quoque Bernardus: post majorum charismata gratiarum in omnium maximâ mulierum Dei Genitrice MARIA gravitatem silentii dignis laudibus prædicabat. Ipsa etiâ dicit de taciturnitate sua, quasi seipsum commendans: Ego os regis observo, id est, os meum, quod est regium, ut scilicet, nihil aliud loquatur, quàm quod regem deceat, et reginam, scilicet verba lenitatis et clementiæ, verba pietatis et justitiæ. Ipsa etenim est mulier sensata, et tacita, quæ sedebat solitaria et tacebat, et levabat se super se per contemplationem Dei. Siquidem quia fuit sensata, id est, plena sensu, et tacita, non seminiflua, sed loquens in tempore congruo. Tu.

¶ Volo mulieres in habitu ornato, cum verecundiâ, et sobrietate ornantes se. * Et esse in silentio. ¶ MARIA conservabat in silentio, omnia verba hæc conferens in corde suo.—Et.—Gloria.—Et.

LECTIO 9.

Turbata etiâ fuit in salutatione Angelicâ: quia silentium suum, quod valde amabat, respondendo infringere cogebatur. Cogitabat etiâ qualis esset ista salutatio. Et utinam moniales, et reclusæ, et religiosæ nostræ, et tacendo cogitarent, quomodò in judicio responderent, ubi de omni verbo otioso redditori sunt homines rationem. Sensata etiâ fuit, et tacita in inferioribus verbis, quæ sunt cogitationes, et affectiones seu desideria cordis, quæ loquuntur Deo. Undè de eâ dicitur: Princeps, id est, MARIA designata per Saram, quæ interpretatur Princeps, ea, quæ

digna sunt principe cogitabit: cogitationes scilicet pacis, et non afflictionis. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Bernardo Abbate.

Hom. 4. sup. Miss.

427. Cui placuisti ex silentio, jam magis placebis ex Verbo, cum ipse tibi clamet è cælo: O plebæ inter mulieres, fac me audire vocem tuam. Tu.

Vesperæ ut in 2. Vesp. Præsent. et sic deinceps.

DIE XXIII. OCTOBR.

DE III. DIE INFRA OCTAVAM.

Semiduplex.

Lectioes 1. AD MATUTIN.

HYMNUS 132. Parnas. Virgini.

Sacræ Parentes Virginis Cum essent ambo steriles, Donante tandem Numine, Unam MARIAM procreant.

Sistunt Deo se protinus Voti reos, et Virginem Orbæ domus nil anxii, Templo tenellam consecrant.

Oliva non sic pullulans

Fructus refudit uberes, Ut omne virtutum genus Puella MARIA parturit.

Hanc quippè pulsans intimè, Almæ regebat Spiritus, Castaque mente jam sibi Templum parabat congruum. Dozol. de Octavâ.

Lectio. 1. Noct. de ferid

IN II. NOCT.

Sermo S. Germani Arch. Constant.

Orat. 1. in Præsentat. B. M. V.

LECTIO 4.

Cum igitur ablactata esset vitæ nostræ alitrix, parentes ejus, quod promiserant, implevit. Convocatas enim ajunt puellas vicinas, et circumparsas præire jusserunt cum facibus, et ipsam post omnes sequi,

ut accensis oblecta facibus iret non retrospectens. Sterilis autem et infertuosa Anna prolem suam Deo dans, magnâ voce palam ita dicebat: adeste et nunc magis congaudeate quicumque, et quæcumque affuistis mihi parienti: jam verò videtis fructum meorum viscerum Deo dicari, nunc divinitus ornatum, et sanctificatum. Tu. ¶ Ad templum.

LECTIO 5.

Age dum David progenitor, et Dei suavissimè cytharam pulsans fidelibus spiritu, jucundiorum ede sonum ore illo tuo, quod Deus movebat, aptius declarans catervæ puellarum consecrationem: quod post eam Virgines adducerent Regi, proximæ ejus afferentur. Ecce enim in plateis juvenicularum turma in choreas agit, duciturque in sacram adem, in sanctum templum in latitâ, et exultatione tuum vaticinium implens, Filia regis, quam tu Filium vocasti regali majestate præcellentissimam, mea soboles. Tu. ¶ Aperite.

LECTIO 6.

His animi sensis, ut par est, quæ suis se gressibus componebat castissimæ Anna, cum dulcissimo conjugum Progenitam à se deducentes, virginum catu accensos ferentium cereos comitati, perveniunt ad templum, et expanduntur portæ, spirituales excipientes portæ Dei Emmanuel, et ingrediente MARIA sanctificatur vestibulum, domus flammarum luce illustratur, sed multò magis minus fulgure lampadis supra modum splendet, et pulchriorque efficitur ejus decor Puellæ ingressu. Purpureis ornamenta cornum altaris è purpureo et virginali ejus habitu. Tu. ¶ Congratulamini.

IN II. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum
Matthæum.

LECTIO 7. c. 4. 11.

In illo tempore: Cum esset JESUS
in deserto, ecce Angeli accesserunt,
et ministrabant ei. Et reliqua.
Homilia Sancti Isidorii Arch. The-
salonicensis.

Oratio de Præsent. Apud Mar-
racc.

At verò ingressus Virginis in adyta,
cinam aut sublimiori miraculo dat
locum? Omnibus certè hoc est ex-
cellentius, si tantum excipias, quæ
deinceps in eâ peracta sunt, à qui-
bus sese devictum non aquè fert.
Videtur tamen hoc mihi fundamen-
tum, et radix posteriorum, atque
sublimium: et si quis illud vocaret,
à reipsâ non aberraret. Namque
sublimius aut in eâ, aut in quâvis
aliâ factum nihil est, quàm quod
ex ipsâ Deus naturam nostram sus-
cepit. Tu. ꝑ. Quod relinqueris.

LECTIO 8.

Ut verò ad hoc Virgò esset idonea,
indè habuit. Dum verò commora-
retur templi adytis, quæ purissi-
mæ nihil humanum erat obviunt,
ad quod se conformaret, sed unus
illi Deus semper in animo versaba-
tur, solumque Deum alloquebatur,
et meditatio cordis ejus, ut davidicè
loquar, in conspectu ejus erat semper,
ciboque uno divinitus misso
alebatur: ad similitudinem quoquè
Dei supra omnes et homines, et
angelos formâ pervenit, illi uni,
quantum fas erat, expressè facta si-
milis, quicum eâ assidue colloquium
habebat, quique sibi ferè notus
erat. ꝑ. Audi filia.

LECTIO 9.

Commem. B. V. Boni-occursus.
Gonosus. Chronic. Marian. ad
ann. 1520.

Imago beate Virginis Boni-occu-

sus non longè à civitate Agennensi
in Gallia, hove mediante reperta
fuit, eo quod ferè continuè lingebat
herbam quamdam inter vepres. Bu-
buleus volens scire, quid hoc esset,
ivit ad locum, viditque Imaginem
Beatæ Virginis, quàm statim ele-
vans matri suæ delulit, quæ eam
conclusit in arcâ volens illam Par-
rocho ostendere. Cum autem neces-
se fuit eam educere, nihil reperit,
sed in eodem loco, ubi Buculus
prius invenerat, iterum reperta fuit:
undè cognoverunt omnes volunta-
tem Dei esse, et Beatæ Virginis, ut
in loco illo veneraretur. Tu.

Te Matrem.
Vesperæ de seq. ut in 2. Vesp.
Præsent.

DIE XXIV. NOVEMB.

CONVERSATION. R. MARIE V.
IN TEMPLO.

Duplex.

Lectio. 1. Noct. de fer.

IN II. NOCT.

Ex verbis S. Hieronymi Presbyteri.
Apud S. Bonavent. in Medit. vite
Christi c. 3.

LECTIO 4.

Hanc sibi regulam Beata Virgo sta-
tuerat, ut à manè usque ad horam
tertiam orationibus insisteret. A
tertiâ usque ad nonam externo ope-
re se occuparet. Anonâ verò ñe-
rum ab oratione non recedebat,
quousque Angelus illi appareret,
de cuius manu escam accipere so-
lebat, et melius in Dei opere, et
amore proficiebat. Fiebat, ut in vi-
giliis inveniretur prior, in sapientiâ
legis Dei eruditior, in carminibus
Davideis elegantior, in charitate glo-
riosior, in puritate purior, in omni
virtute perfectior. Tu.
ꝑ. Ad templum.

LECTIO 5.

Erat enim constans et immobilis,
et cum quotidie melius transisset,
hanc irascentem nullus vel vidit,
vel audivit. Omnis sermo ejus erat
gratiâ plenus, ut cognosceretur in
linguâ Deus. Semper in oratione et
scrutatione legis Dei permanebat.
Et erat sollicita circa socias suas,
ne aliqua ex eis in ullo sermone
peccaret, ne aliqua invida vocem
suam exaltaret, ne aliqua injurias,
aut superbiam contra partem suam
exerceret. Tu. ꝑ. Aperite.

LECTIO 6.

Sine intermissione benedicebat
Deum, et ne fortè in salutatione
suâ è Dei laudibus tolleretur, si
quis eam salutabat, illa pro salu-
tatione suâ, Deo gratias responde-
bat. De escâ, quam de manu Angeli
accipiebat, ipsa reficiebatur:
quam verò à pontifice templi acci-
piebat, pauperibus erogabat. Quo-
tidie videbatur ei Angelus loqui,
et quasi carissimæ sorori, vel matri
obtemperabat ei. Tu. ꝑ. Congrat.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum
Matthæum.

LECTIO 7. c. 4. 11.

In illo tempore: Cum esset JESUS
in deserto, ecce Angeli accesserunt,
et ministrabant ei. Et reliqua.
Homilia D. Georgii Nicomediensis.

Orat. in 1. Deiparæ Præsent.

Tu autem, ô homo admirabilem
ac novam vitæ rationem Virginis
in templo audiens, noli de eâ du-
bitare: noli ratione examinare ea,
quæ intellectum omnem superant:
noli ea comparationi subjicere,
quæ majora sunt comparatione.
Lectio 8. Vides inauditam naturæ
innovationem, et de his dubitas?
Vides ipsum Dei Verbum ineffabili

ratione habitans in ejus utero; de-
quæ immateriali escâ, ac alium
modum habentis contendis? Vides
consilio paterno Spiritus in eâ
obumbrationem, ac de angelorum
ministerio adhuc dubitas? Tu.

ꝑ. Quòd relinqueris.

LECTIO 8. (Lect. 9.)

Nihil eorum, quæ ad castissimam
Virginem spectant, dubietatem ha-
bent. Nihil ejus magna habent
incongruum. Certâ omnia veritate
constant. Oportebat enim, ut ne-
dum è Angelis ministraret, sed
et decies decem millia satellitio
adessent. Etenim quomodo illi videre
nequeunt, eum illa mirabili ra-
tione in utero portavit. Tu.

ꝑ. Audi filia.

LECTIO 9.

Commeratio B. V. Dittelbachensis.
Spinelli ex Tritemio p. 249.

Propè oppidum Dittelbach Diocesis
Herbipolensis in Germaniâ, tem-
plum est Deiparæ sarum in quo
asservatur quædam ejus Imago
parva Filium è cruce jam depo-
situm de more tenens, ad quam
peregrini anno millesimo quin-
gentesimo quinto confluere cœpe-
runt. Eo in loco Beatæ Virginis
invocatione innumera patrantur
miracula, è quibus illud celebre,
quo puer quinque ferè annorum
ad famelicum lupo raptus, dum aspor-
taretur in sylvam, ejus parens è
longinquo conspicuus, sed opem
ferre non valens, Deiparam in Dit-
telbach cum voto invocavit, et mox
lupus puerum intactum de ore di-
misit. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Thomâ Arch. Valentino.
Conc. 4. p. 2. de Assumpt. B. V.
428. Prius quàm Verbum Dei
sacro utero gestaret Virgo, triennis
in templo à parentibus presentata,

in aliarum Virginum comitatu diebus ac noctibus orationi et contemplationi vacabat. Ante quippe Deum noverat, quàm seipsam, et infans adhuc eloquio, animo jam orabat. Tu.

Vesperæ ut in 2. Vesp. Præsenti.

DIE XXV. NOVEMBER.

DE V. DIE INFRA OCTAV.

Semiduplex.

AD MATUTIN.

HIMNUS 133. *Parn. Virgin.*

Etterni Patris ordine
In templo Virgo conditur,
Ubi mirâ dulcedine
Contemplando perfrauitur.

Orationi dedita,
Et divinis obsequis:
A mundo prorsus abditâ
Arcanis vacat studiis.

O mira redundantia
Gratiæ datæ Virgini!
Quæ cuncta sunt fragrantia
Et grata summo Numini.

Mens, lingua, caro, Spiritus,
Sensus, affectus, actio
Electam monstrat cœlitis
In Matrem Dei Filio.

Sit laus Patri, laus Filio. etc.

Lectio. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

Sermo S. Joannis Chrysostomi.

De fide Annæ Matris Samuel.

Serm. 3.

LECTIO 1.

Adduxit Anna puellam, ac relicuit in templo: nec Puella à mamma divulsa molestè tulit, hec sciat, quàm soleant indignari pueri, quotiès à lacte depelluntur. Verum nec ipsa Puella agrè tulit à matre divulsa, sed ad Dominum respexit, qui ipsam matrem fecerat: nec ipsa mater doluit à Puella se-junctâ, quia naturalem affectum

vicit interveniens gratia, et uterque se cum altero vivere existimabat: quemadmodum eodem in loco fixa vitis in longum producit palmites, et non multo intervallo pendens radici hæret, itidem et in hæc accidit feminâ, quæ in urbe manens, usque ad templum extendit suum palmitem, atque illic uvam suspendit maturam. Nec intervallum illud ullum attulit impedimentum, cum charitas, quæ secundum Deum est, Puellam matri copulare. Tu. §. Ad Templum.

LECTIO 3.

Ascendit igitur in templum, et agnam induxit in ovile, ac vilulam perduxit ad armentum, et in prætum dedit rosam à spinis liberam, rosam, inquam, quæ nunquam marcescit, sed floret perpetuò, quæque poseit ad ipsum usque cœlum extendi, cujus fragrantia in hodiernum usque diem potiuntur omnes, qui terrarum incolunt orbem. Tantius annorum numerus præterit, et tamen virtutis illius fragrantia semper augetur, nec tantâ temporis magnitudine facta est languidior. Talis enim est rerum spiritualium natura. Tu. §. Aperite.

LECTIO 3.

Ascendit igitur præclarum illud germen transplantatum, et quemadmodum industrii agricolæ primum semen in terram deponunt compressi et aliarum arborum similitum: deinde ubi conspexerunt à semine factam arborem, non relinquunt in eadem terrâ, sed inde revulsam in aliud transferunt solum, in terra in recens gremio suo exceptam illius radicem, puram et integram vim suam proferat ad eam altendam: sic et hoc fecit mulier, quæ Puellam propter spem

proseminatam in utero à domo translulit et in templum transplantavit, ubi perpetuæ sunt fontium scabellæ, et irrigationes spirituales, ut videre licuerit illud propheticum in illis impleri, quod David dixit: Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Tu. §. Congratulamini.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 4. 11.

In illo tempore: cum esset JESUS in deserto, ecce angeli accesserunt, et ministrabant ei. Et reliqua. Homilia D. Georgii Nicomediensis.

In Præsentatione B. V. M.

Procedente in dies ætate, crescebant in Virgine dona Spiritus, et versabatur cum Angelis, nec erat divinarum expertis apparitionum. Cum eâ, ut solebat, versante inadytis, vidit Zacharias quemdam sermocinantem, qui erat inusitatâ specie, et ei alimentum præbebat: erat autem qui apparebat angelus: Tu. §. Quòd reliqu.

LECTIO 8.

Quamobrem à se discedebat, et hæc apud se cogitabat. Quid est hoc quod videtur? Novum planè, et ab eâ, quæ hæc est, alienum consuetudine: est angelicus, qui cernitur habitus, et alloquitur adolescentulam. Formâ incorporeus offert nutrimentum, tanquam corporibus conveniens: et essentia materiæ expertis tradit mulicri canistrum, qui videtur materialis. Tu. §. Audi Filia.

LECTIO 9.

Propterea major mihi occurrit admiratio et metus: quodnam sit quod offertur nutrimentum? Ex quonam panario sit hoc expropy-

chum? Quisnam sit qui hoc paravit? Quanam manus hunc panem fecit? Angelorum non est parere, quæ conveniunt corporis necessitatibus. Nam etsi plurimi per eos sunt nutriti, aptum tamen nutrimentum prepararunt, et per corpus incorporei conservis inserviunt. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequenti.

DIE XXVI. NOVEMBER.

OBATIONIS B. N. V. IN TEMPIO, SEU PURIFICAT. B. ANNE.

Duplex 2. Clasis.

Non propria de Comm. Infantie.

IN I. VESPER.

Antiph. Capit. et Orat. de Laudib.

Hymnus 134. Villamitg.

Plaudant Beati cœlites,
Exultet orbis jebilo:
Ædis sacratæ limina
Læcis resulent cœlitis.

En Virgo templo sistitur:

Jessæa proles, jubilus
Vatum, Sionis gloria,
Evagæ felix æmula.

Lactente pendens ubere
In verba nondum solvitur:
Volvitque mens cœlestia
Flammæque tollit charitas.

Ardet dum ferventibus,
Perturque magnis æstibus:
Trium nec Infans mensium
Matura jamjam vicinia.

Nostris ut insit cordibus
Divinum ignis, perfice
Virgo; rogantes impleant
Æterna tandem gaudia.

Doxologia de tempore.

ÿ. Oblatio tua, Virgo MARIA,
allel. ñ. Accepta sit Deo, alleluia.
Ad Magnific. ant. Suscepit Dominus oblationem Virginis MARIE, recordatus misericordiæ suæ.

AD MATUTIN.

Invitator. Oblationem Sanctissimæ

nae Virginis MARLE cum laudibus celebremus: * Venite, adoremus Dominum.

HYMNUS 135. *Villamitjana.*

Ergo recedant pristinae
Umbræ, recedant hostiæ:
Ultrò propinquat sanctorum
Priscis ab actis Hostia.

Præmente limen Virgine,
Templum repletur gratiâ;
Dum sacra ipsam cætera,
Sacratæ almâ Virgine.

Fuso bidentum sanguine,
Aræ rubescunt fervidæ:
Ridet Deus jucundior
Matris futuræ pignore.

Fumel sabæi galbani
Thurisque misto pulvere
Altare: Virgo lactea
Virtute mulcet sydera.

Virgo potens et gratiæ
Fons, corda purges supplicum:
Gratam Deo nos victimam
Fac nunc et omne in sæculum.

Dozologia de tempore.

IN I. NOCT.

Ant. 1. En dilectus meus loquitur mihi: surge, propra, columba mea, et veni. *Psal. de ferid.*

2. Ecce venio, dilecte mi, ut faciam voluntatem tuam.

3. Deus meus, volui legem tuam in medio cordis mei.

† Memor sit Dominus sacrificii tui.

‡ Et holocaustum tuum pingue fiat.

De libro Levitici.

LECTIO 1. c. 12. v. 1.

Locutus est Dominus ad Moysen dicens: loquere filiis Israel, et dices ad eos: mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, juxta dies separationis menstruæ. Et die octavo circumcidetur infantulus: ipsa verò triginta tribus diebus manebit

in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingreditur in sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suæ. Tu.

‡ Te, Virgo perpetua, creatura omnis beatam dicit: * Quæ ex sterili Amâ orta, in templo hodiè Deo oblata fuisti. † Saliat ac ducat choros omnis terra, dum oblationem intemeratæ Puellæ fide celebramus.—Quæ.

LECTIO 2.

Si autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, juxta ritum fluxus mensuræ, et sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Cumque expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio, sive pro filiâ, deferet agnum anniculum in holocaustum, et pullum columbæ, sive turtorem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonii, et tradet sacerdoti. Tu.

‡ Agna immaculata, quæ sola de tuo utero lanam Christo, humanam nimirum substantiam contulisti, * Devotis te canticis honoramus, puram oblationem tuam cum gaudio recolentes. † Oblatio tua, sacratissima Virgo, accepta sit Deo.—Devotis.

LECTIO 3.

Sacerdos offeret illa coram Domino, et orabit pro eâ, et sic mandabitur à profluvio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculum aut feminam. Quod si non invenerit manus ejus, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum et alterum pro peccato: orabitque pro eâ sacerdos, et sic mandabitur. Tu.

‡ Qui sterili utero mirabilia fecisti, * Qui vulvam Annæ infecundam apernisti, ac ei dedisti fructum immaculatam. † Accipe hodiè

Oblationem novam.—Qui vul.—Gloria.—Qui sterili.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Aperite portas, sacerdotes templi, et spiritualem excipite portam.

2. Benedicta filia à Domino super omnia tabernacula Jacob.

3. Veni, electa mea, et ponam in te thronum meum.

† Ego dilecto meo. ‡ Et ad me conversio ejus.

Sermo D. Georgii Nicomediensis. *In Idiometon.*

LECTIO 1.

Exullet hodiè cælum desuper, et nubes spargant justitiam pro Dei nostri novis maxime insolitisque magnalibus. Ecce enim porta ad orientem inspiciens, ex infecundo sterili utero ex promissione partu edita, Deoque in habitaculum consecrata, in templo hodiè immaculatæ inslar victimæ offertur. Tu.

‡ Suscipe, Sancte Pater, hanc oblationem novam, et tibi gratissimam, quam beata Anna hodiè tibi præsentat: * Puellam MARIAM Unigenitum tui Matrem futuram. † Tribus mensibus nalam, et omnium virtutum decore fulgentem.—Puellam.

LECTIO 3.

Hodiè Dei ca; ax templum, Dei Genitrix in Domini templo offertur, eamque Zacharias suscipit. Exultant hodiè sancta sanctorum, ac angelorum chorus mysticâ ratione conventum, ac diem festum agit, cum quibus nos quoquè hodiè celeberrant, consiliis cum Gabriele vocibus clamemus: Ave gratiâ plena, Dominus tecum: cujus magna est misericordia. Tu.

‡ Aperite portas, atque intra templum spiritualem suscipite portam, * Per quam solum Dei Ver-

bum transiens, obsignatam servavit.

† Porta hæc clausa erit, et non aperietur, et vir non transit per eam.—Per quam.

LECTIO 6.

Eja agite, populi omnes, laudum eam canticis celebremus, quæ sola immaculata est: quam prædixerant prophætæ, ac quæ in templo oblata est: ilam, inquam, quæ ante sæcula prædestinata mater, novissimis temporibus Dei Genitrix effecta est. Ejus nobis, Domine, intercessionibus pacem tuam, ac magnam misericordiam præbe. Tu.

‡ Ornate Sancta Sanctorum, ac præsanctum illud tabernaculum suscipite, * Quo fuit erectum tabernaculum nostrum, quod ceciderat.

† Tabernaculum cælo capacius, universo orbe grandius.—Quo.—Gloria.—Ornate.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Exultavit cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo meo.

2. Dilatum est os meum super inimicos meos, quia lætata sum in salutari tuo.

3. Dominus mortificat, et vivificat: deducit ad inferos et reducit.

† Tribuat tibi secundum cor tuum.

‡ Et holocaustum tuum pingue fiat.

LECTIO 5. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 22.

In illo tempore: Postquam impleti sunt dies purgationis MARLE secundum legem Moysis. Et reliqua. *Hemilia S. Methodii Ep. et Mart.*

Oratio in Simone et Annd.
Ad te verò quid dicam ô Mater Virgo, et Virgo Mater? Cujus enim opus non humanum est, ejus et lau-

datio excedit hominem. Quamobrem paupertatis hic mea obscuritatem tuis à Spiritu honoribus, donisque illustro: itaque tibi offerens è pratis immortalibus, tum sacrum et à Deo coronatum caput dilaudabo. Patris te canticis, filia David, Materque Domini, et Dei David, salutabo. Turpe enim fuerit, adeoque inauspicatum, ut alienis orneris, quæ propiâ gloriâ præcellas. Accipe igitur, benignissima, dona preliosa, tibi que uni convenientia, ò cunctis celsior generationibus, quaque inter creata omnia, tam visibilia, tam invisibilia, multis numeris honorabilior enituiti. Tu.

ŷ. Obsecro, mi Domine, vivit anima tua, Domine: * Ego sum illa mulier, quæ steti coram te, hic orans Dominum. ŷ. Offerens Anna Puellam sacerdoti agebat. — Ego sum. *Bened.* Cujus Oblationem colimus.

LECTIO 8.

Felix radix Jesse, et ter beata domus David in quâ germinasti. Deus in medio tui, et non commoveberis; sanctificavit enim te, tabernaculum suum Altissimus: in te enim Dei ad patres testamenta juramentaque finem gloriosissimum acceperunt; quia ex te natus est Dominus ille, Deus virtutum nobiscum. Rubus ille intactus divinâ quâdam majestate plenam, jam tum informans tuam figuram, Deum prophetæ apparentem, juxta quod et conspicuus fieri voluit, incombustus ferebat. Tu.

ŷ. Ascendit Joachim in templum, et omnis domus ejus: * Ut immolaret Domino hostiam solemnem et votum suum. ŷ. Pro Puellâ istâ oravi: et dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulavi eum. — Ut. — Gloria. — Ascendit.

LECTIO 9.

Dura autem rursus ac prærupta petra, quod ex te in universum orbem, gratiæ munus refrigeratioque promonavit, et ipsa quondam exprimens, præfiguransque deficienti populo in deserto copiosum auxilium ex hialibus siccis produxit. Sed et Sacerdotis virga in fructum sine culturâ, spontaneumque sacerdoti perennis arrhabonem efflorens, nihil repubum exitiui tui partiis symbolum præbuit. Quid verò nonne magnus ille Moyses, idem loculenter declaravit propter tui difficiles intellectus figuras diutius in montem com-moralus, ut ignolatu sacramenta, ò casta, edissereret? Tu. Te Matrem.

AD LAUDES

et per horas antiphonæ.

1. Cum compleverit * dies purificationis beatissimæ Annæ, obtulit Domino Virginem MARIAM in templo.

Psalmi de Dominicâ.

2. Exulset orbis * júbilo, nam hodie offertur Deo sacratissima Hostia.

3. Ecce venio, * ut faciam voluntatem tuam omnibus diebus vite meæ.

4. Felicia prorsus * Pontificis brachia quæ tantam suscipiunt victimam.

5. Suscipiat Dominus sacrificium tuum, et holocaustum tuum pingue fiat.

CAPITULUM *Lev.* 1. 15.

Offeret eam Sacerdos ad altare... Holocaustum est, et oblatio suavissimi odoris Domino.

HYMNUS 136. *Vilamitg.*

Salvete, clari conjuges,
Sanguis Sacerdotum, genus
Regum: beatos sæcula
Vos prole vestrâ predicant.
Per vos Parentem Conditor,
Per vos coronam colites,
Fidam miser enstodiam

Per vos receptam gaudet.

Et nunc rogetis, quæsumus;
Culpæ malis nos exui,
Donis repleri Spiritibus,
Demum potiri gloriâ.

Offerite vestram denud

Summo Parenti Filiam,
Ut nos simul cum munere
Digni putemur gratiâ.

Ac ipsa Virgo Virginum
Adsit secundo numine,
Votisque nostris annuens
Oplata nobis impetret.

Doxologia de Tempore.

ŷ. Oblatio est coram Domino.

ŷ. Odor suavissimus victimæ.

Ad Benedict. ant. Pro Puellâ istâ oravi, et dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulavi eum.

Oratio.

Supplicationem servorum tuorum, quæsumus Domine, benignus exaudi, ut qui in Oblatione Beatissimæ Virginis MARLE gloriatur; à cunctis mentis et corporis liberemur adversis. Per Dominum.

AD PRIMAM.

Ant. Cum compleverit. *Capit.*

Offeret.

ŷ. ŷ. *br.* Quæ hodiè in templo oblata fuisti.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. *Erod.* 29. 42.

Sacrificium est Domino oblatione perpetuâ in generationes vestras ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino.

ŷ. Oblatio tua * Virgo MARIA. Oblatio. ŷ. Accepta sit Deo. Virgo. Gloria. — Oblatio. ŷ. Oblatio est coram Domino. ŷ. Odor suavissimus victimæ.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. *Ecl.* 35. 8.

Oblatio justî impingunt altare et odor suavitalis est in conspectu Altissimi, et memoriam ejus non obliviscetur Dominus.

ŷ. *br.* Oblatio est * Coram Domino. Oblatio. ŷ. Odor suavissimus victimæ. Coram. — Gloria. — Oblatio. ŷ. Hostia pacifica ejus Oblatio. ŷ. Immaculata coram Domino.

AD NONAM.

CAPITULUM. *Lev.* 12. 6.

Cum expleti fuerint dies purgationis mulieris pro filio, sive pro filia, deferet agnum, anniculum in holocaustum, et pullum columbæ sive turturem.

ŷ. *br.* Hostia pacifica * Ejus oblatio. Hostia. ŷ. Immaculata coram Domino. Ejus. — Glor. — Hostia. ŷ. Menor sit Dominus sacrificii tui. ŷ. Et holocaustum tuum pingue fiat.

In H. Vesp. antiph. et Capit. de Laudib. Hymn. de Comm.

ŷ. Hostia pacifica ejus oblatio.

ŷ. Immaculata coram Domino.

Ad Magnific. ant. Quia respexit oblationem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

DIE XXVII. NOVEMB.

DE VII. DIE INFERA OCTAV.

Semiduplex.

Leet. 1. Noct. de ferid occurrent.

IN II. NOCT.

Sermo S. Germani Arch. Constant.

Oration. In Præsent. B. V. M.

LECTIO 4.

Abi, igitur Deipara Domina, abi in tuam hereditatem: incede in atris Domini exultans et gaudens: alta illic et virens, Sancti in te Spiritus quotidie adventum expectans, ac Altissimi obumbrantem virtutem; tuique Filii conceptionem, uti tibi Gabriel acclamaturus est: atque tuum impende auxilium, ac protectionem, tutamenque tuis semper intercessionibus ab omni eos libera

necessitate, ac periculis, gravibusque morbis, ac omnis generis calamitatibus, futuræque justi Filii tui comminatione. Tu.

¶ Ad templum.

LECTIO 5.

Tu enim sola Dei Genitrix, altissima super omnem terram; nos verò te, divina Sponsa, fide benedicimus, desiderioque honoramus, ac timore adoramus, semper te exallantes, ac veneratione beatam predicantes. Beatus quippè reverè ex viris Patris tuus, et beata ex mulieribus Mater tua: beata domus tua: beati nati tui: beati qui te viderunt: beati qui tuâ nisi sunt consuetudine: beati qui tibi ministrarunt: beata loca quæ calcasti: beatum templum, in quo oblata fuisti: beatus Zacharias, qui te ulnis excepit: beatus JOSEPH qui te sibi despondit: beatus lectus tuus: beatum sepulchrum tuum. Tu enim summus honor est, summum præmium, ac summa celsitudo. Tu. ¶ Aperite.

LECTIO 6.

Sed ò Domina, sola tu meum ex Deo solatium: divinus ros in me existentis astus, exarscentis cordis mei divinitus affluentes guttæ: tenebrosæ animæ meæ debilitatis virtus: nuditatis meæ vestimentum: mendicitatis meæ divitiæ: insanabilium vulnerum meorum medicina: lacrymarum mearum extinctio: gemituum meorum cessatio: calamitatum depulsio: dolorum levatio: vinculorum solutio: mea spes salutis: exanti preces meas, miserere meorum gemituum, ac suscipe lamenta mea. Tu.

¶ Congratulamini.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Mattheum.

LECTIO 7. c. 4. 11.

In illo tempore: Cum esset JESUS

in deserto, ecce Angeli accesserunt, et ministrabant ei. Et reliqua. Homilia Theophylacti Ep. Bulgariae.

In Bibliot. PP. concionatoria.

In templum beata Virgo adducitur, non clanculum, nullaque magnificentiâ ac splendore, sed clarâ ac publicâ pompâ. Faustis omnibus domo educitur, cunctis plausu egredientem expicientibus: cognati omnes ac vicini, quolquod item amici: facie vinculo ejus juncti parentibus erant: patres Patri: matres Matri congratulabantur: puella juvenula: faces præferentes divinæ Puellæ comites præcedebant, ac si stellærum corona cum lunâ sublucebat: lota denique Jerosolymorum civitas novæ hujus pompæ spectaculo personabat, cum Puellam triennem tantâ claritate circumductam, tali splendore, atque luminum gestatione viderent decoratam. Tu.

¶ Quòd relinq.

LECTIO 8.

Ubi autem ad templum advenissent, Tribus omnis sacerdotalis obviæ facta cantibus accipiebat; quin et ipsum Pontificem rei miraculum movebat: tanquæ amplius, quantum magis Deo allatus erat. Ei porò parentes Puellam offerunt, creduntque, ac sterilitatem, quodque de illâ votum nuncupaverant, referunt. Quin præterea Puella se educatione impares profiterentur. Diviniò cum existat, ejusmodi institutionem exigere, quæ illi congruat: nec tanti margaritam splendoris, ac inestimabile pauperulo panno committendum, cum ad majorem gloriam, ac ornatum regio ipso peple necere condeat. Tu.

¶ Audi filia.

LECTIO 9.

Dorrò Deus, quo sibi quæ gerebantur accepta ostenderet, signo communit: quippè Angelo ministro ad

ejus Puellæ, quæ oblata fuerat, alimoniam usus, alique novo, ac inaudito modo, cujus partu ipse edendus erat, atque illius opera alendus, ut nihil ferè ejus intra humanos modos consistat, sed divina omnia diluceant, ac ostendantur. Hoc nobis festivitas. Hoc hodiè celebremus, Puellæ presentationem, atque in Sancta sanctorum inductionem. O rem novam, novamque auditionem! femineam Puellam in Dei penetralibus, ac locis inaspetctis versari. Tu. Te Matrem.

Vespera de sequent. ut in 1. Vesp. Præsentat.

DIE XXVIII. NOVEMBER.

OCTAVA PRÆSENTAT.

Duplex majus.

AD MATUTIN.

HYMNUS 137. *Parn. Virginal.*
Plebs diem festum celebret per orbem.

Quo JESU-Christi Genitrix futura Sislitur Patri, speciale templum Pneumatis almi.

Sola ter quinos teneris sub annis Hæc gradus scandit leviter puella: Prima dilectam Domino dicevit Virginitatem.

Exules, Mater, miseros faveto Criminum semper veniam precando Filios regni pariterque cives

Fac et hæredes.

Summa potestas, salus atque virtus

Sit tibi semper Deitas beata Quæ creas orbem, sapienter atque Cuncta gubernas. Amen.

Lect. 1. Noct. ut in die Præsentat.

IN II. NOCT.

Sermo S. Andrea Cretensis.

Orat. 1. de Nativ. B. V.

LECTIO 4.

Quòd autem ex sterili Matre prodisset ex cujus vulvâ prodiit im-

mortalitatis spica, eam parentes primum florentem ætatis florem, in templum abductam Deo obtulerunt. Cumque is, qui id temporis sacerdotii vice fungebatur, præeuntes et subsequentes communitatem Virgum choreas aspersisset, gavisus est, valdeque exultavit, tanquam rerum in spe positurum divini eventus perspicere cerneret: ac veniuti desiderabilem hostiam divinum donarium Deo consecravit. Tu.

¶ Ad templum.

LECTIO 5.

Occupemus verò nos templi vestibula, præcurrentibus Virginitus socio pariter comites adiungamur: in sancta ipsa sanctorum simul ingrediamur. Illic enim post fascias, post natalitalem, post ubera, post infantiam primò ætatis flore pubescenti thalami instar ei Deus educatorium paravit: sibi ipsi quocquæ venerabile, augustumque esset, conservans. Hinc filia Sion velut præeuntes Reginæ in odorem unguentorum ejus præiudunt. Hinc et templum Dei sacras expandens excusit portas. Tu. ¶ Aperite.

LECTIO 6.

Tunc plene, tunc sanctorum illa pauperunt sancta, cum sanctissimam sancti Matrem intra adytorum gremium recipere. Porro congrua ei profertur esca, hactenusque alit, nulla hominum manu comparato cibo, qui modicâ aliquantulum ejus alendus est lacte: ac Spiritus Sanctus nutritius efficitur Virginitus usque ad tempus ostensionis ejus in Israel. Tu. ¶ Congratulamini.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Mattheum.

LECTIO 7. c. 4.

In illo tempore: Cum esset JESUS in deserto, ecce angeli accesserunt,

et ministrabant ei. Et reliqua.

Homilia D. Georgii Nicomediensis.

In Præsent. B. V. M.

Quis vidit, quis audivit talem ascensum corporis, quod in sanctis habitat, et stipatur ab angelis, et alimentum accipit ambrosiam? Nam animæ quidem in corporeæ, communione, etiam ad summam pervenerint impassibilitatem, vix frui poterint angelico nutrimento, etiamsi cibum angelorum, rationemque falli et errare non potest scriptura significet. Hic autem manus corporeæ admirabile, quod conspectum fuit alimentum accipiunt, et per ipsum immaculata anima impletur donis. Tu. ꝑ. Quod relinq.

LECTIO 8.

O summam puritatem! O ascensum ætatis, quales scelas honestatis statuit ad celestium altitudinem, per quas Verbum descensu novo ad nos descendit, per quas quod inferius erat situm terrenum naturæ tabernaculum ascendit ad celos. Oportebat enim divinum tabernaculum talibus augeri ascensionibus. Tu. ꝑ. Audi, Filia.

LECTIO 9.

Oportebat agnam immaculatam tali excipi convivio, talibus cibis exaltari. Oportebat non in Sanctis Sanctorum tabernaculi, sed in celo cœli in primâ ætate advocari eam: quæ his inspecta erat lassior, et puritate antecellit. Oportebat non unum solum ei inservire angelum, sed decies mille milia consipare. Etenim quem illi minimè possunt videre, ipsa mirandum in modum in utero constituit. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Sixto Papâ Quinto.
Cons. 10. Inemeratæ. an. 1838.
Tom. IV. p. 4. p. 142.

Die XXX. Novemb.

429. Hæc perpetuâ constitutione mandamus, ut Præsentationis Beatæ MARIE semper Virginis festus dies undecimo Kalendaris Decembris per omnes totius orbis Ecclesias duplici Officio prout in Natalivialis die, sumpto Præsentationis vocabulo peragatur, idemque in Calendario Romano cum Duplicis adjectione inseratur. Tu.

Vesper. ut in 2. Vesp. Præsent.

In his diebus finitur tempus Infantis, et incipit tempus Prægnant. B. V. Ideo Officium fit secundum temporis diversitatem.

DIE XXX. NOVEMB.

B. M. V. DE SANTATÆ.

Duplex.

Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetuâ mentis et corporis sanitate gaudere, et gloriosæ Beatæ MARIE semper Virginis intercessione à præsentii liberari tristitiâ et æternâ perfrui lætitiâ. Per Dominum.

AD MATUTIN.

HYMNUS 138. Ex Flaminio.
Gaudium mundi, ô hominum benigna
Mater, ô cunctis memoranda, namque
Quid potest gratum sine te, quid dulce

Ulli videri.

Te sanitatis canimus parentem,
Virgo, fumesis inimica morbis
Unicum vite decus, et malorum
Dulce levamen.

Hic ades nostrum miserans laborem,
Languidos aurâ refovens salubri
Et simul artus hominum caducos
Alma revisens.

Nicet morbi fugiunt protervi,
Occidit febris truculenta, dirus

Die I. Decemb.

Occidit pallor, fera mors profundò
Exulat orco.

Sit decus summo sine fine Christo,
Sancta quem Virgo genuit MARIA,
Qui Patri compar, Spiritu Sancto
Regnat in ævum. Amen.

Lect. 1. Noct. de fer.

IN II. NOCT.

Sermo S. Amadei Ep. Lausanensis.
Homil. 8. de Laudib. B. V.

LECTIO 4.

Non solum autem animarum salutem, verum etiam humanorum corporum sanitati Beatissima Virgo MARIA, atque necessitati piâ diligentia providet, et medetur. In locis quippè memoria sanctitalis ejus dicatis, claudis gressum, caecis visum, surdis auditum, mutis impetrat eloquium, curans omne genus languorum, præbensque innumera beneficia sanitarum. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Accedunt ad ejus limina rei tudentes pectora, confitentes delicta, et acceptæ veniâ læti ad propria revertuntur. Accedunt etiam mente capi, capite languidi, phrenetici, maniaci, arreptitii, nocturno timore, aliæ phantasmate, seu certâ maligni incursione delusi, qui receptâ sospitate, divini muneris largitatem assequuntur. Accedunt nihilominus ad ejus vestigia, qui amaro sunt animo, mesli, egeni, afflicti, desolati, ære alieni obligati, quodque gravissimum est viventes cum dedecoris notâ respersi. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Horum, et omnium de quacumque tribulatione clamantium illi, libens preces suscipit, et Nato supplicans, omne malum ab eis miseratrix avertit. Etenim sicut ignis tactu cæra liquescit, et velut ardore solis deluit glacies, sic ab ejus facie inimicorum desperit acies, eâ-

que jubente, nihil adversi subsistit. Tu. ꝑ.

Homil. pro Duplicib. de Comm. vel Infant. vel Præg.

LECTIO 9.

Commem. B. Virginis Imperlatæ.
Octav. Cajetan. de Effig. siculis.
Matthæus Willelmus vicecancellarius regis in Sicilia virginum monasterium sub nomine beatæ MARIE condidit. Hic olim dono dedit Beatæ Virginis effigiem græco more puerum tenentis, in tabulâ depictam, gemmis et unionibus decoratam, undè nomen Leonî siculo vocabulo impositum Imperlatæ. Porrò Ferdinandum rege, versus annum millesimum quingentesimum duodecesimum, mulier cupiditate impulsâ unionem rapuit ex grandioribus ex coronâ, pressoque pugno jam securâ furti excesserat: sed postea palmam neuticam potuit explicare, cœlesti vi compressis digitis. Undè animadverso scelere, mulier gemeunda ad templum revertitur, coram omnibus noxam fatetur, veniâque à Virgine impetratâ manum aperuit, et furtum resituit. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequenti.

FESTA DECEMBRIS.

DIE I. DECEMB.

ANNUNTIAT. CONCEPT. B. M. V.

Dupl. majus.

IN I. VESPER.

Antiph. Capitul. et Orat. de Laudib.

HYMNUS 139. Parv. Marian.

Ante mundi principium
Deus creator omnium,
Prævidit, ut per Filium
Nobis daret remedium.
Ad Joachim, ut legitur,
Per Angelum promittitur